



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De s[an]cto Joachim patre osie. Cap[itulum]. cxi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse iulij occurrētibus Fo. clxxij.

De sanctis Nemesio et Lucilla  
martyribus. Cap. cxxvii.



**N**emesius

Lucilla filia eius virgo passi sunt in urbe sub imperatoribus valeriano et galieno. Eius enim nemesius tribunus esset militum et lucillam filiam cecam a natiuitate haberet: audies qualiter sanctus stephanus papa in christi nomine oculos egros curaret: accessit ad eum sacrificantem in crypta nepotiana: et filiam eius ad ipsum detulit: rogans ut se ac filiam baptizaret: ipsamque lumen aspicere faceret: quos ubi beatus stephanus baptizauit: lucilla virgo lumine recepit: sequens virum quemdam mirabilem conspexisse in baptizante dicit: qui eius oculos illuminauit. Eodem die viso miraculo baptizatus est symphronius dispensatur nemesii cum omni familia ipsius: pmissit se xpi numero. Item Nemesius etiam a beato papa stephano diaconus ordinatus est. Quod audientes valerianus et maximus consules iusserunt nemesium teneri. Cum autem die quadam predicti duo consules in templo martis via apia sacrificaret: et nemesius illuc transiens orationem faceret: maximus a demonio arripitur: et clamare cepit: quod a nemesio torqueretur: et cum ministri egressi nemesium tenuissent maximus consul continuo exprobrauit. Valerianus autem consul nemesium in carcere trudi fecit. Lucilla vero filia eius apud quendam paganam nomine martinam in custodia deputauit: deinde symphronium eius dispensatorem tenuit: tradiditque eum olympio tribuno examinandum. Eum autem ad predicationem symphronii olympi credidisset: et cum uxore et uerba ac filio theodoro a sancto papa stephano baptizati fuissent: ut dicitur infra in eorum passione. Audientes hec imperatores miserunt ad valerianum consulem: et fecerunt sibi nemesium et lucillam filiam eius presentari: et cum ambo in christi nominis confessione peristerent. Lucillam quidem in via apia ante templum martis spectante patre iugulari iusserunt: deinde inter viam apiam et latinam nemesium diaconem capite truncari fecerunt. Quorum corpora sanctus stephanus papa via latina non longe ab urbe de sepeliuit. viij. kalen. augusti.

De translatione sancti Germani. Cap. cxxviii.



**T**ranslatio corporis

sancti germani episcopi parisiensis. ab incolis eiusdem ciuitatis. viij. kal. augusti celebrata: cuius reliquijs dominus tanta gratia condidit: ut in eius translatione corporis earum stractu cecis visus: surdis auditus: claudis gressum preberet: multosque languoribus varijs detent

tos sanos efficeret: et obsecros ab immundis spiritibus liberaret.

De sancta Anna matre domine  
nostre. Cap. cxxix.



**A**nna mater gloriose

virginis marie: et in historijs tribus israel habet: de tribu iuda ciuitate bethleem orta est: virginitatis eius iocachim ex eadem tribu de galilea ciuitate nazareth origine dicitur. Nec tribus uiris successiue nupta fuit: quorum primus fuit iocachim: secundus cleophas eiusdem iocachim frater qui eam masculina sobole carentem per legem mortuo germano in coniugem assumpsit: ut seminem fratri suscicaret. Tertius autem exstitit salome duorum priorum omnino extraneus. Et primo autem viro anna gloriosam virginem maria genuit: que ioseph desponsata: non tamen in concupiscentia iuncta: christum per spiritum sanctum preceauit. Et secundo aliam filiam maria nomine similiter peperit: que nupta alpheo quatuor filios edidit: videlicet iacobum minorem apostolum: ioseph iustum: et simonem et iudam. Et tertio autem viro tertiam filiam mariam etiam nominatam preceauit: que nupta zebedeo duos filios parturuit: scilicet iacobum maiorem apostolum: et iohannem euangelistam. Ipsa quoque beata Anna ante tertii mariti obitum in pace quiescit. Et sepulta est in bethleem in tumulo paterno viij. kalen. augusti: ut tradit hieronymus.

De sancto Iocachim patre domine. Cap. cclj.



**I**ocachim pa-

ter domine nostre filius barababere: et maritus sancte anne de tribu iuda et puincia galilee ciuitate nazareth dicitur origine. Qui cum in bonis temporalibus abundaret ab angelis. xv. deo seruare cepit: et de facultatibus suis pauperibus et peregrinis atque templo domini et eius ministris largitus minime strabat. Et cum esset annorum triginta duxit in coniugem annam filiam agar de tribu sua et ciuitate bethleem: et qua usque ad annos. xx. nullam prolem suscepit. Diuina tandem dispositione maria genitricem christi futuram ex ipsa filiam procreauit: ut dicitur plene in natiuitate virginis. vi. idus septembris. Postquam autem eandem virginem ad templum adduxit: et dei ibidem seruitio iuxta uorum mancipauit: et ipse iocachim domum rediens modico tempore superstitit: et plenus uirtutibus in pace cum patribus suis dormiuit. Sepultus in nazareth in sepulchro patrum suorum. Quo autem die miser grauerit reperiri non potest. Ideo et eius gesta festo anne ipsius coniugis adiunguntur.

De sancto Pastore presbytero et  
confessore. Cap. ccli.

¶ iiii